



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum
MCCCLXX. II. Coenobii ...

Trithemius, Johannes

Francofurti, 1601

Li. Reverendo In Christo Patri Ioan. Trithemio, Evcharius Heimerius S.

urn:nbn:de:0128-1-17336

MILARES.

endimus, sed contemnere potius, facit. Mensem non alligauimus loco, tamen. Te fuerit, mundus totus parva nobis est. Aero in terrasum huic continua, perge. nclans. Deus vnu omnipotens visque ouemur, ubique locorum suorum. Lacuerit, sit, in quo paupertatis & laboris mus experti. Sed vale & ora prouide. ut ob. Anno Christi 1505.

BRACHTIO, PRIORIS
eniro S.

ro Spanhemensi charitati tue statua in Marchia nunc literis diuinitatis iuxta Berlin in ipsa Marchia, tributus. Diuina nos miseratione proteg. prouidimus, vt si oporteat viuere et nobis in omnibus favorabilem, deciu. us. Ante Pascha non reuertetur al. im interea perfusi, vt ea que proprie. mus. Et reuera nisi profectio nolle. ecere statum in curijs principium restat. m nobis conditioe quam opinio. di. onastico faceremus iniuriam proposit. mere transfusim rationabiliter fecato, ne ec videamus quid necessest studi. anti post Pascha ad Rhenum ad mons. trorum prius temeritatem cogit. le. duxerint permanendum, Spanhemensi. quemur. Confidimus enim Deo mis. et, quem ipse nouit et mulcet inuid. sit peniculandum, ne forte lumen. q̄ arbor inutilis pro fructu seruo. vi. um cognoui sensum Domini, autq. m, & cum silentio diuinum sequitur. creauit nos, cuius miseratione nobis servit. Ur Dei consilium libens & voluntate. at illi eradicata in utilis, transferre. Berlin 20. mensis Octo. Anno 1505.

BECENSIS, IOANNI TR. emensis S.

opere desiderare, pater optime. mag. tum & literarum candidatus ambo. honestissimumque philosophi loco secre. sio, carterisque conphilosophi. non illi. riter transmisimus, mandamus, j. p. gerret. Credimus etenim tamquam filii. vsus es familiaritate. Sulcipeignior. sophia latebris te alloquentes nos. sed condimenta sapida grecorum as. carata deferentes. Quorum cum ad. m. ades age. Vale scripturarum casus. die Veneris 24. mensis Octobris Anno

XLI.

IOANNIS TRITHEMII.

483

XLIX.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, THEODORICO EPISCOPO

Lubecensi, Ioannes Trithemius Salutem.

IAMBLYCVS Academicorum facerdos, manu serenissimi principis nostri ades meas introductus, tuo nomine salutavit. Latus admisi philosophum nostris institutis non-nunquam se ingetem, quem dum lego vna cum Proclo suo conphilosopho, profundiisque intueor, non eos sed Areopagitam Dionysium legere plerunque inuenio. Et hoc mihi factum more veterum placet, quippe qui potare de riuulo interea sum contentus, donec ad fontis mihi scaturiginem purissimi liceat peruenire. Gratias habeo tuae huma. nitati doctissime p̄t̄ful, qui me non audentem petere tantis hospitibus honorasti. Vtar eorum lectione tempore modico, faciamque mox tua repetant scrinia. Vitam Appollo. ni Thianai quodam enchiridio impressam ex Colonia Agrippina mecum nuper attuli, cuius inire iudicium occupationes me principis hac vice non permittunt. Vereor enim praecepitem dare sententiam, propterea vel maxime, q̄dius Hieronymus in procēmio Bi. bliothecā sacra non sine laudibus videtur introduxisse Apollonium. Examinanda sunt prius à me singula quam primum per ocium licuerit, postea meam sine cuiusquam prae. dicio dicam sententiam. Vale p̄fūl decus, & me dediticium habeto cōmendatum. Ex Colonia iuxta Spreum & Vrsulum ultima die mensis Octobris. Anno Domini 1505.

20

L.

IOANNES TRITHE. IOAN. EV RIPONO CARMELITANO,
Conuentus Dameris S.

MANDAVIT nobis sereniss. princeps noster Marchio Brandenburgensis, tibi scribe. remus, vt quantum ad nos Coloniam reuertaris, & afferas tecum ea que Prior tu. us maiestati sua promisit. Nos opus nostrum de laudibus sanctorum absoluimus, q̄ te vt rescribatur expectat. Moras igitur omnes responde, ne principis animum offendas. Hester. novespere Capellanus noster Theodoricus à patribus transrhenanis ad nos reuersus est, & steganographiam nostram, quam tantopere videre desideras attulit. Vale ex Vrsulo 15, die 30 mensis Decembris. Anno Christi 1505.

LI.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI IOAN. TRITHEMIO, EV. charius Heimerius S.

REVERENDISSIME pater ac colendissime praeceptor, tuam reverendissimam digni. tatem sanam in columemq; & bene valentem intelligo & maxime sum gauisus, orans omnipotentis Dei clementiam, vt sanum Nestoreos conferuet in annos, tq̄ ad nos cum salute reducat. Hoc vnum quā humilime precor, vt tua seſe dignitas splendidissima, quan. totius absoluere à strepitu curialium nugatarum velit, & ad nos redire dignetur. Valde nam. que indignum est tam nobile ac prope diuinum ingenium tuum seruire principibus, tum quia tu ipse princeps es magnus, doctrina & sapientia melior illis cum quibus verfaris, tum quia columen, gloria, & vincum patrie nostrae es decus, quo absente omnes cecidisse vide. mur. Taceo quod te patre sapientissimo abiente à monasterio tuo perperam & negligenter omnia gerantur, & remoto pastore necessit periclitari oves. Satis etiam nos longe experientia doctus, in principum curijs nihil esse firmum, nihil stabile, nihil certum, sed caduca omnia, susurrijs & adulacionibus plena. Ad nos itaque pater optime quantotius reuertere, vt cum philosophicis atque diuinis institutionibus habeas tuo more commer. cium, nosque vt consueisti tugarum lucubrationum cupidissimos scriptis & exhortationi. bus sanctis refoueas. Indignum est enim te hominem philosophicis sacrificis imbutum scripturis filiis immiscere mundanis, margaritalisque inuolueret sterquilinio: & qui mul. totus eruditus ad iustitiam confueueras, diuini luminis iubar in vnius anguli tenebris absconde. Hæc non docendo sus Mineruam ad te parrem eruditissimum scripserim, sed quam singulari benevolentia à te præceptore meo discipulus assescutus sum confidentia vt au. sim effecit. Doleo enim lumen nostrum splendidum à nobis ablatum, quare humilime oro, tua mihi benignitas indulgeat, qui me tibi fidem non ignoras. Abbatis Lympurg. sis negocia quotidie seſe in deterius disponunt: ipse quoque Neometri rarus est, lenteq; ne dicam remissis nimium agit. Opera precium fuerit te adesse, vt tua dirigeretur solertia,

Ss 2

EPISTOLÆ FAMILIARES

cum ipse sua probitate simplex versipellium astutias non satis intelligat. Cogita demum pater colendissime de tuo fratre vnico, magistro Iacobo Trithemio, mihi quidem amicissimo, ne frustra laborans apud Lymburgenses ingenij nobilis iacturam patiatur. Nihil enim ab eis emolumenti consequi poterit, qui lapides & ligna reuolentes nullum peccatum habent commercium cum studio scripturarum. Homo est natura gracilis, ad philosophiam natus non ad labores rusticorum, qui si quid magni se consecutum sperat, ab ipsis hominibus certius certo seductum se sentiet. Esto pius in tuos qui in alienos semper clementissimus esse consueisti. Tot enim tantisque notus ac familiaris principibus cum sis, non erit tibi difficile fratri aliquod impetrare munus Ecclesiasticum, unde vitam honeste cum literis ducat. Qui toties pro alienis deprecatus exauditus es, pro tuis interueniens nullam patieris repulsam. Valeat tua dignitas per secula multa. Ex Spira Idibus Nouembri Anno salutis M.D.V.

LII.

IOAN. TRITH. EVCHARIO HEIMERIO

Neometens Salutem.

PVLCHRE mones, Euchari, ad nostra citius reuertamur, quasi non ubique sit nobis patria, quibus & Christiana religio patrem & matrem deserere pro Dei amore praecipit, & monastica institutio contemptum terrenorum omnium indicit. Nos enim quādam necessitate compulsi principem sequimur, non vt curiales, sed potius vt consilio & auxilio indigentes, utpote qui derelicti à necessarijs graniora pericula formidamus. Quā temeratam à Cynonotis contumeliam suscepimus te minime later, sub quorum diuitiis militare imperio non facile consentiemus. Cum his nonnulli ex nostris infidelitatis spiritu pleni conspirantes in nos, malicie virus addiderunt, qui circumgyrantes multorum nobis æmulorum inuidiam auxerunt. Placuit ergo nobis ad tempus cedere malis, donec tandem experiantur nostri, quid eis nostra eatenus praesentia contulerit boni. Et quia non satis constabat, quando patria exiūmus, qui fuerint tantorum in nos autores malorum, & qui ex nostris conspirasse cum æmulis dicebantur, se omnes clamabant esse innoxios. de consilio & assensu clarissimi principis mei Philippi comitis Palatini (quod te minime latet) crebris postulationibus Serenissimi principis Ioachimi Marchionis Brandenburgensis euicti, patriam relinquere consensimus, ad festum Paschatis Deo largiente reuersuri ad Rhenum. Interea si poenituerit æmulos patratae contra nos temeritatis bene factum erit reuertemurque ad monasterium. Sin autem in sua pertinacia permanerint, si pro iniurijs se non recognouerint, si fratres nostri non aliter quam haētenuis cum duce suo tractauerint, hærebimus & nos nostro consilio, neque humiliabimus nos inimicis nostris, neque ad monasterium reuertemur, sed prouidebimus nobis de alia manstone, vbi cum pace & tranquillitate omnipotenti Deo in ordine seruiamus. Iustam enim causam indignationis habentes inuiarum non facile possimus obliuisci, neque deinceps hominibus illis confidimus vñquam, qui in nullo à nobis lassí, tantam in nos contumeliam agere presumperunt. Sufficiat æmulis nostris quod pro Christi amore patientiam habentes vindictam non queramus, & cum possemus vñcisci contumelias silentio transimus. Putabant nos mente vni colligatos loco, & quod nobis in despectum fecerunt necessario non curare, quasi extra Spanheim nobis desit locus ad manendum. Confidimus in Domino Iesu qui nullum dereliquit vñquam ad eum in tribulatione clamantem, quoniam miserebitur nostri, & parabit nobis locum, vbi cum maiore pace & tranquillitate ipsi vacemus, quam in Spanheim potuimus vñquam. Non delectant nos (vt tu arbitris) curiae principum, neque terreno principi nisi oporteat, statuimus adhærente, quanquam non desint plures, qui nos magno desiderio admitterent perpetuo resouendos. Hoc nobis continuum studium contrulit scripturarum, vt mentem non loco figamus sed veritati. Quia de fratre monuisti libenter accepimus, cui sors cum tempore pinguior assurget. Vale & ora pro nobis ad Deum, qui solus omnia potest. Ex Berlin octaua die mensis Ianuarij Anno Domini 1506.

LIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI D. IOANNI TRITHEMIO,

&c. Nicolaus Prior in cunctis fidelis, Salutem.

REVERENDE amantissimeq; pater, literas reuerendæ paternitatis tuae cum ingenti suscepisti gaudio, & supra q̄dici potest de bona valetudine tua optimoq; statu apud principem, sicut nobis Theodosius retulit, sum lætatus, & mecum fratres vniuersi. Sed ingenti metri